

- est a *Romanis*, cuius decus medio spatio et effigies de fastidio edis micat. Est autem circus omne illud spatium quod circumire equi solent. Ornamenta circi *Romani*: ova, meta, oboliscus. Fingunt enim
 220 circensia *Romani* ad causas mundi. Metarum res proprie terminum ac finem mundi designant ob testimonium orientis et occidentis solis. Oboliscus enim *qui a quam pluribus* sagitta dicitur, qui ideo in medio circo ponitur quia per medium mundum sol currit. Medio autem spatio ab utraque meta constructus oboliscus fastigium summitemque celi significat, cum sol ab utroque spatio medio horarum discrimine transcendit. Summo obolisco superpositum quoddam auratum in modum flamme formatum, quoniam sol in se caloris atque ignis habet. In circo unde / emittuntur equi carceres dicuntur, ab ea re
 230 inclusi, ita hic equi coercentur, ne exeant antequam signum emittant. Ars Circi: auriga et currus, equites vel pedites. Auriga proprie dictus quod currum agat et regat sive quod feriat iunctos equos. Nam auriga ferit, ut latus apertum. Ipse est et agitur. Auriga vero inde verberator ab agendo dictus. Aurige enim duobus coloribus
 235 sunt, *prasini scilicet et veneti*. Nam prasinus terre, venetus celo et mari dicati sunt. Cursus rotas habet, unde et currum quasi curvum quadrigarum. Currus vero duplici olim temone erat perpetuoque et qui omnibus equis iniceretur iugo. Singuli *autem* ex utraque parte simplici vinculo nectuntur, quos Greci siraforas, *Romani* lunarios vocant,
 240 a genere vinculi quo prius alligabantur. Quadrigae et bigae et seiugae a numero equorum et iugo dicte. Ex quibus quadrigas soli, bigas lune, trigas dis inferis, seiugas Iovi, desultores Lucifero et esfero sacraverunt. Quadrigam ideo soli iungunt, quia per quattuor tempora annus vertitur: vere, estate, autumnus, hieme. Bigas lune, quoniam
 245 gmino cursu cum sole contendit, sive quia et nocte et die videtur. Iungunt enim unum equum nigrum, alterum candidum. Tricas dis inferis quia is per tres etates homines ad se rapiunt: id est per infantiam, iuventutem ac senectutem. Seiuga maximus cursus currit Iovi, propter quod maximum deorum suorum eum esse credunt.
 250 Ideo autem *Romani* rotis quadrigas currere dicunt, quia mundus iste circuli sui celeritate transcurrit, sive propter solem, quia volubili am-

Is. 18,29,1-2

Is. 18,30

Is. 18,31,1

Is. 18,31,2

Is. 18,32 f. 61^{va}

Is. 18,33,1

Is. 18,33,2

Is. 18,35,1

Is. 18,35,2

Is. 18,36,1

Is. 18,36,2

f. 61^{vb}

Is. 18,36,3

217 a paganis *Isid.* 219 orban et] ova, meta *Isid.* 221 minui 229 ibi K: ut ibi *Isid.* 232 victos 233 auriga] aurit *Isid.* 236-7 Quadrigarum vero currus *Isid.* 239 lunarios K: funarios *Isid.* 241 solis 242 dis K et est fero] et esfero K: Hespero *Isid.* 244 antumpno 245 cursum 248 senectutem K maximos 251 circulis in